Preſta quęſumus omnipotens deus ut qui glorioſos martires claudium nicoſtratum ſimphorianum caſtorium atque ſimplicium fortes in ſua confeſſione cognouimus pios apud te in noſtra intercesſione ſentiamus. Per. Theodori mar. Beatus vir qui. Ad lau. Qui vult ve. V. Iuſtus germinabit ~~ut pal.~~

Deus qui nos beati theodori martiris tui confeſſione glorioſa circumdas et protegis. preſta nobis eius imitatione proficere et oratione fulciri. Per. Liuini mar. Beatus vir. Ad lau. Qui vult venire. V. Iuſtus ger. vel Hic eſt vere martir.

Deus qui es origo et conſummatio totius bonitatis qui per ſubſidium et iuuamen beati liuini martiris tui atque pontificis multis chriſtianis paupertatem emendare feciſti. concede propicius. ut ſuis meritis et intercesſionibus tua nobis dona largiflua impartire digneris et ut in hac vita honorabiliter viuere et die noctuque neceſſaria vite cum honore habere poſſimus et poſt mortem ad vitam peruenire valeamus eternam. Per. Bricij epi. Simulabo eum. Ad lau. Euge ſerue bone. V. Ecce ſacerdos mag.